



**R. P. Ioannis De Lvgo Hispalensis, E Societate Iesv, In
Collegio Romano eiusdem Societ. olim Theologiæ
Professoris, nunc S. R. E. Cardinalis, Disputationes
Scholasticæ, Et Morales, De Sacramentis in ...**

Lugo, Juan de

Lugduni, 1652

2. De præsentia, intentione, & attentione requisita ad Missam audiendam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82340)

præcepto præscribitur. Aduerto denique, licet Suae-
dicat, contrariam sententiam circa Missam non esse
præceptibilem, hodie tamen tot Auctoribus eam
amplectentibus, non posse improbabilitatis etiam
præcepti notari.

18. Queritur septimo, an iter agentes, & peregrini,
qui transeunt per locum, in quo est festum, obligen-
tur ad audiendam Missam, si in loco, à quo veniunt
& ad quem progrediuntur, non sit festum? Hæc quæ-
stio generalis est ad omnia præcepta quomodo obli-
gent viatores, & peregrinos, quam hic ex professo
tractare non possumus, de qua videri possunt Suae-
rez de relig. tom. 1. lib. 2. cap. 14. Thom. Sanchez
de Matrimon. lib. 3. disp. 18. & lib. 1. in Decalog. cap.
19. Fagundez de 1. præcepto, lib. 1. cap. 7. & 8. qui la-
te de hoc tractant, & alij, quos congerit Diana 1.
tom. tract. de Legib. resolut. 1. 3. 14. & 15. Ex quibus
pro nostra materia inferitur, satis probabile esse, quod
illi ad minus, qui sunt in transitu in aliquo loco
prandendo v. g. vel pernoctando, non obligantur ad
festum proprium illius loci, quod in loco sui domi-
cilij non observatur. Quanta autem commoratio
exigatur, ut obligentur ad seruandum ibi illud
festum, variè sentiunt prædicti Doctores, qui
videri possunt: est enim quæstio satis diffusa, & ge-
neralis, quæ magis pertinet ad tractatum de Legi-
bus.

SECTIO II.

De præsentia, intentione, & attentione requisita
ad Missam audiendam.

19. Certum est, requiri præsentiam aliquam humanam:
Certum item est, non requiri, quod visu perci-
piatur, vel auribus verba audiantur: nam cæcus, vel
surdus adhuc missæ assistit, & satisfaciit præcepto Si
tamen aliquis incipiat Missam audire, & postea etiam
involuntariè dormiat per notabilem eius partem,
non satisfaciit præcepto, ut cum alijs docet Thom.
Sanchez 2. rom. Consilior. lib. 7. cap. 2. dub. 3. Imo ad-
dunt aliqui, si aliquis, dum Missam audit, raptum,
vel ecstasim patiatur, quæ ab omni sensum via alie-
natus sit, non satisfacere præcepto audiendi Mis-
sam, quia negligens est præsentia humana, qualis exi-
gitur a Luitio Turrian. in Selectis part. 2. disp. 16.
dub. 7.

20. Dubitari potest primo an requiratur, quod ali-
quis eo sit in loco, unde licet non videatur, videre ta-
men possit Sacerdotem, & ea, quæ in Missa aguntur.
Respondetur negativè: nam qui in magna populi
frequentia est post aliquam columnam, quæ impe-
ditur à videndo altari, verè assistit illi Sacrificio: ut
notat Fagundez lib. 2. c. 7. n. 3. & indicat Gaspar.
Hurtado. in præsentia, disp. 5. difficult. 1. dicens, intelli-
gi assistentiam humano modo, quæ quis assistat, vel
audiendo, vel videndo, celebrantem, vel saltem ita co-
mittendo, vel sociando alios videntes, aut audientes, qua-
tenus ita sit extra ecclesiam (ut contingit, quando locus,
in quo Missa celebratur, non capit multitudinem
confluentem, ad audiendam Missam) ut ex signis, &
gestibus aliqua Missa colligi possit, & ad multitu-
dinem assistentium consecratur moraliter pertinere.
Quod explicare possumus per id, quod diximus, dis-
put. 4. sect. 7. posse scilicet aliquam materiam conse-
crari præsentem, ut possit consecrari, quando licet ipsa
non videatur, coniungatur alijs partibus, quæ vidē-
tur, & ideo tota materia censetur sufficienter præ-
sens, dum tamen sit intra sphaeram distantie talem,
ut non repugnet ratione distantie, quod demonstrat
tur illo Pronomine, hoc, ut ibi explicuimus. Sic ergo
in præsentia poterit aliquis dici præsens Missæ,

quando est pars multitudinis, quæ dicitur præ-
sens, & coniungitur moraliter cum alijs, qui sunt
in conspectu altaris; dum tamen distantia etiam
tanta non sit, ut iam extrahat illum ab humana
præsentia. Non sufficit ergo, esse aliquem intra
eamdem ecclesiam v. g. si in aliquo altari fiat Missa
priuata in Basilica Romana S. Petri, non sufficit, si
aliquis intra eandem ecclesiam habeat intentionem
audiendi illam Missam, quam scit tunc dici in ali-
quo loco eiusdem templi: licet nec contra requi-
ratur esse intra ecclesiam, ut audiri possit Missa, quæ
in ea dicitur: sed totum hoc regulandum est per prudē-
tis arbitrium ad indicandum, an homo dicatur mor-
taliter præsens illi actioni ita ut humano modo di-
catur illi assistere. Ad hoc autem, ut dixi, non requi-
ritur videre altare: nam Religiosi, qui in Choro can-
tant, non vident Sacerdotem, iuxta vsum Romanum,
ubi Chorus Regularium haberi solet post altare ma-
ius, muro interposito; & tamen satisfaciunt præcep-
to: quia reuera assistunt moraliter illi Sacrificio, &
vident partem posteriorem altaris Choro correspon-
dentem.

Vnde obiter infero, quid dicendum sit de illo, qui
ex fenestra, quam domi habet, videt Sacerdotem in
Ecclesia ex aduerso celebrantem: nam hic ex fenestra
assistit sufficienter, & satisfaciit præcepto. Nega-
re enim videtur Filliucius tom. 1. tract. 5. cap. 7. num.
209. cui subscribit Diana tom. 3. in eo eddō in tract.
Miscellaneo Quod quidem verum iudicarem, quam
do inter fenestram, & ecclesiam intercedit platea,
aut via nimis lata, quæ altare multum remotum
reddat à fenestra: non placet tamen in vniuersum
quia potest contingere, esse adeo vicinam fene-
stram altari, ut moralem præsentiam non impediatur
propterea factum in hoc nostro Collegio Romano ha-
bemus sacellum priuatum, cuius altare à fenestris do-
mus aduersæ non plusquam 30. passus distat, & perinde
ab illa fenestra audiri potest, vel percipi Missa, licet
via publica intercedat, ac si intra ecclesiam paruum
audiretur ab aliquo ibi existente. Videtur autem fa-
uere huic doctrinæ P. Iac. Gordonus tom. 2. Theolog.
Moral. lib. 6. q. 7. c. 2. §. 3. n. 12.

Dubitarum secundo, an sit humano modo præsens,
& præcepto satisfaciit, qui eo tempore conficitur
sacramentaliter. Suppono autem, non esse neces-
sariam Confessionem, ita ut excuset ab obligatione
audiendi Missam, sed posse vel differri, vel certe po-
tente aliam Missam, audiri Martini Bonacini dispu-
tat. 4. de Eucharistia quæ de Missæ Sacrificio, punct. 1. i.
num. 26. prius docuerat partem affirmantem, postea
te melius considerata, docuit negantem cum Suae-
rez diffus. 88. sect. 6. vers. Septimum caput: Azorio 1.
p. lib. 7. cap. 7. quæstio 8. Quibus accedit nouissime P.
Iac. Gordonus loco supra citato, n. 16. quod videtur
omnino tenendum quia quod ad id, quæ sit, ordina-
tur ad obsequium Dei, non facit illam compatibili-
lem cum auditione Sacramentali quæ posset quis, dum
audit Missam, consulere Patrem spirituales, vel
Theologum circa casus suæ conscientie, posset in-
feruire agrotis, sternere ei locum, & his similia. Non
sufficit ergo pietas actionis, si tamen sit talis, ut ex-
cludat attentionem ad Missam: nam licet tunc pos-
sit quis recitare Horas, vel alias orationes, non po-
test exercere actionem externam, quæ impediatur cul-
tum externum sacrificandi, seu ostendendi se
assistentem Sacrificio, & coassistentem cum Sacer-
dote.

Præter præsentiam requiritur etiam intentio au-
diendi sacrum: nam licet quis velit manere in Eccle-
sia ad expectandum amicum, dum sit sacrum, non sa-
tisfacit præcepto, si non habet intentionem audiendi
illam Missam. Hæc autem intentio non terminatur
natur

Poterit dici
adquis præ-
sens Missæ
quando est
pars multi-
tudinis.

21.

Inferitur quid
dicendum sit de
eo qui videt
Sacerdotem ex
fenestra do-
mus.

Diana.

22.

An qui confitetur sacramentaliter sit humano modo præsentis.

23.

Præter præsentiam requiritur intentio audiendi Missam.

natū solū ad actiōem externā, hanc enim etiā volebat ille alijs; sed vltimū terminatur ad oblationem Sacrificij: vult enim homo offerre cum Sacerdote illud Sacrificiū, seu particeps esse & communicare actiue, media sua assistentia, oblationi illius Sacrificij, orationibus, & alijs, quæ Sacerdos peculiariter nomine assistentium dicit.

Hinc infero primo, satisfacere præcepto illum, qui ex voluntate mala, & peccaminosa videndi formam ad finem turpem, venit ad audiendam Missam: nam licet peccet contra præceptum castitatis ponit totum, quod requiritur ad præceptum audiendi Missam. Item qui venit ex metu patris, vel domini, aut magistratū nō auditurus Missam: nam hic etiam ponit re ipsa totum, quod præcipitur, si in Ecclesia positus velit audire Missam. Si enim interius repugnaret, & nōllet consentire auditioni Missæ, si illa nō esset actio humana, nec vellet etiam implicite offerre illud Sacrificium.

Infero secundo, illum, qui ignorat esse præceptū audiendi Missam, vel non vult satisfacere præcepto in hac Missa, sed postea audire aliam, ut satisficiat, si tamen vere vult audire hanc, eo ipso satisfacere præcepto, quia ad hoc non requiritur velle satisfacere, sed ponere, solam id, quod præcipitur, ut notant communiter Theologi. Nec necesse est postea reuocare voluntatem, & velle satisfacere præcepto per primam Missam ut indicauit Suar. in præfati, disp. 82, sect. 3. qui illud ex parte moderatus est 10. 2 de Relig. lib. 4. de Horis Canonicis, c. 26. n. 10. & sequentibus.

Suar.

decent, mutatione voluntatis non requiri ad realem adimplerem præceptum enim re ipsa præceptum fuerat impletum; sed ne peccet ille affectiue per affectum violandi præceptum, quantum est ex se. Cæterum nec ad hoc requiritur illa voluntas contrariam si aliquis cum intentione audiendi aliam Missam, volebat satisfacere præcepto in prima; postea vero aduertens, se non obstante illa intentione, satisfacere se iam præcepto, non audiat aliam, nullo modo peccat etiam peccato violationis affectiue, licet nullam voluntatem habeat satisfaciendi præcepto per Missam auditam: videt enim, se non posse violare illud præceptum audita semel Missa: unde ergo habet affectum violandi illud?

25.

Difficultas est in determinanda attentione requiritur. Duplex in intentione, externa & interna.

Vltimo loco dicendum restat de attentione quæ præter intentionem requiritur ad obseruantiam huius præcepti, est autem eadem quæstio de attentione debita ad recitandum officium. Et quidem omnes concedunt, requiri attentionem aliquam. Difficultas rota est in determinanda attentione requiritur. Est enim duplex attentio: altera externa, altera interna. Externa consistit in negatione distractionis externæ, id est, alicuius negotij, vel occupationis externæ, quæ ex se distrahere debeat mentem ab auditione Missæ: si quis in Missa depingere vellet, vel legere historiam, aut quæstiones speculatiuas, confabulari, ludere, & similia: tunc non haberet attentionem externam. Attentio interna consistit in applicatione interna mentis ad Missam, vel horas: quæ assignari solet triplex; prima infima ad verba integre profertenda suo debito ordine; secunda melior, ad censum verborum; tertia optima, ad effectum hoc est, ad Deum, & ad res Diuinas contemplandas.

26.

Prima sententia docet requiri sub præcepto grauiorē quam Suarez. Vbi.

His suppositis, prima sententia satis communis docet, requiri ex præcepto graui attentionem non solum externam, sed internam; quare peccaret mortaliter, qui voluntariè internam mentis euagationem, & distractionem per partem Missæ, vel officij notabilem haberet. Hanc tenent Suar. de lib. 4. de Horis Can. c. 26. Vasquez in 1. 2. tom. 2. disp. 160. num. 30. & 31. & in Opusculis, tract. de Benefic. 3. §. 1. So-

rus, Nauarrus, Medina, Malderus, Nauarra, Caietani, Viguerius, & alij innumeri, quos refert Diana 1. tom. Distinct. de Horis Canonicis, resolut. 2. Thom Sanchez in Opusculis, tom. 1. lib. 7. c. 2. dub. 28. imo Turrianus in Selectis disp. Centur. 4. in Censuris, dub. 28. & 29. disp. 31. dub. 15. contrariam sententiam improbabilem, & perniciosam appellat. Sed iam monui hunc Auditorē excedere in huiusmodi censuris.

Contrariam enim sententiam docuerunt non solum Recentiores, sed antiquiores multi, & grauioribus: Syluester Missa, 2. quæst. 6. Durandus, Ioan. de Medina, S. Antonius, Angelus, Paludan, Rosella, Ioan. an. Valerius, & alij, quos congerit & sequitur idem Diana loco citato. Eandem docent Agid. Coninch. in præfati, quæst. 83. art. 6. n. 29. Ga. par Hurtado in præfati, disp. 5. difficult. 2. & probabilem dicit Lessius lib. de inst. cap. 37. dub. 1. n. 63. Henriquez lib. 9. cap. 1. §. 5. in Clossia, tit. P. Victorius in Summam Theol. ti, Layman lib. 4. tract. 1. lib. 5. n. 10. Vnde non videtur sibi coherere, quæ Fagundez dicit de hac sententia dist. lib. 2. c. 7. n. 6. vbi ait: Sunt aliqui nouiores, qui existimant, eos, qui inter ipsum sacrum sponte diuagantur mente, & cogitatione, non attendendo ad Missam, satisfacere præcepto, & c. Hi autem sunt Durandus, Paludan, Rosella, Angelus, S. Antonius, Summa Pisona, & Syluester. Hæc Fagundez, apud quem si huiusmodi appellationes, non scio, qui venient nomine antiquiorum, nisi fortasse Plato, Pythagoras, & Zenon.

Non magis coheret, quæ in hoc puncto docet Sanchez loco supra citato: nam, n. 6. versus finem, dicit, Sacramentum orationem etiam sine ulla attentione esse actum religionis, quoad substantiam; quod quidem n. 9. non negat sed iterum concedit, & negat consequentiam. At vero n. 9. ut probet suam sententiam, dicit orationem sine attentione non esse orationem, sed merum sonum: quomodo enim potest esse merus sonus, si ipse fatetur, esse verum actum religionis, quoad substantiam?

Hinc ergo desumitur præcipua ratio pro hac sententia, quam ego etiam probabilem existimo: quæ est potissimum fundamentum, quo Auctores contrariam sententiam vtuntur, loquentes de Horis Canonicis, consistit in hoc, quod attentio est de substantia orationis, ita ut absque attentione non sit substantialiter oratio, ut contendit Suar. ibi c. 16. n. 1. & alij communiter: hoc autem principium videtur non solum gratis, sed falso supponi. Omnes enim debemus fateri, orationem posse substantialiter consistere absque attentione actuali interna, quod quidem multis rationibus probare possumus.

Primo, à posteriori: quia si defectus attentionis mentalis tolleretur substantiam orationis, ergo si Sacerdos ministrans Sacramentum Extreme Vnctionis admitteret sponte aliquam mentis euagationem, quando profert verba formæ: per istam sanctam unctionem, & c. Sacramentum non esset validum, licet ipse ab initio habuisset intentionem conferendi Sacramentum, nec eam inquam reuocasset. Probo hoc quælam; quia forma illius Sacramenti debet esse de precatória, per quam minister orat exteriori, ut colitur ex verbis illis Iacobi Apostoli: Inducite Presbyteros Ecclesiæ, orent: & c. & oratio fides, salubritas, firmitas, & c. Vbi etiam non est oratio, non manet substantia illius Sacramenti: ergo si defectus attentio mentalis tollit substantiam orationis, non manebit Sacramentum validum. Consequens autem non potest existimo concedendum ab aduersariis, nec potest absque maximo absurdo concedi; esset enim contra doctrinam generalem omnibus Sacramentis ad quorum valorem solum exigitur prolatio formæ super debitam materiam à ministro habente potestatem.

portestatem cum intentione faciendi, quod faci-
Ecclēsiā; quæ omnia tunc darentur. Nam intentio,
proprie loquendo distinguitur ab attentione, ve sup-
ponit etiam ipse Suar. dicto c. 26. n. 5. alioquin nulla
esset questio: omnes enim supponimus non satis-
fieri præcepto fine intentione audiendi Missam: po-
test ergo manere intentio substantialiter absque
attentione; & in eo casu dicimus, fore veram ora-
tionē substantialem, licet defectuosam, quoad illam
reuerentiam attentionis.

31. Secundum probatur idem assumptum à priori; quia
Probatur ratio orare est loqui cum illo, quem oramus, representando
hinc à priori et nostra desideria: possum autem ego substantialiter loqui cum aliquo etiam cum actuali mentis euagatione voluntaria; ergo potest consistere substantialis oratio ad Deum cum eiusmodi distractione mentis. Minor probatur, quia si ego ex scripto, vel etiam memoriter velim exorare Regem, possum quidem id facere legendo orationem coram ipso ad hoc ipsum compositam, vel recitando memoriter, si eam bene possideo, etiam cum distractione mentis ad alia, dum lego, vel recito: certum est autem, quod tunc oro Regem, si vere habeo intentionem orandi, & loquendi, & hoc ipsum ei manifestum. Ergo si cum eadem intentione Deo manifestato recito, vel lego preces, vel orationem ad hoc compositam, vere, & substantialiter oro; quia vere manifestum per illas voces desideria interna, quæ habeo, vel habui, sicut quando alloquor Regem in casu supra posito.

31. *Confutatio*
prim. Confutatur primo; quia si ego eo modo allo-
querer excommunicationem vitandum, recitando illa
orationem scriptam, & compositam ad eum mouen-
dum & cum ea intentione, nemo diceret, quod non
contaherem excommunicationem ob communi-
cationem prohibitam, & loquutionem cum illo
etiam si pone de distracto essem, & cogitarem interius
de aliis obiectis: ergo illa est vera & substantialis lo-
quutio humana.

31. *Oratorum*
32. *facile.*

Confirmatur secundo; quia quando minister pro-
fert formas aliorum Sacramentorum, licet non ore
vere tamen loquitur; & quidem in Baptismo, & Ab-
solutione, Confirmatione, & Ordine, loquitur cum
illo, qui recipit Sacramentum: *Baptizor te; Absolvo*
te; Accipe potestatem, &c. & tamen valida erat colla-
tio Sacramenti, si cum debita intentione accedat
minister, licet postea distractionem mentis habeat
spontaneo manet loquutio humana substantiali-
ter abique ea attentione, & per consequens poterit
dare substantialiter loquutio cum Deo per voces
externas Et quidem mirum esset, quod sacerdos
ipse etiam voluntarie distractus adhuc exintentione
non revocata valide consecraret, & offerret Sa-
crificium; alij vero audientes non offerrent Sacri-
ficiu, si voluntarie distraherentur in mente.

Committeretur tertio; quia si quis accedat ad emit-
tenda vota professionis solemnis in religione, & ad
hunc finem cum intentione debita velit recitare
formulam Professionis scriptam in libro, Professio
erit vique valida, licet distractionem voluntariam
inter recitandum admitteret, dum tamen intentio-
nem non reuocaret: quis hoc neget? ergo potest ma-
nere substantialiter loquutio humana absque at-
tentione, alioquin non esset professio valida ni-
sifesset vera loquutio externa? & humana qua ali-
quis manifestet suam obligationem internam: ergo
poterit etiam loqui cum Deo exterius cum simili
distractione; imo quando Votum emitit, cum Deo
loquitur cum dicat: *Voueo tibi potestatem, castitatem*
&c.

Confirmatur quarto; quia sicut oratio vocalis est

manifestatio mentis interna, ita adoratio externa
est nota summisionis internæ, vt omnes fatentur,
& diximus late *Disp. 3. de Incarnat.* & tamen si al-
liquis voluntariè distractus per alias internas to-
gitationes adhuc velit prosequi actum externum
adorationis, v.g. genuflexionem, vel capitis humi-
liationem ad significandam summisionem internam;
exercent verum & substantialem actum adorationis;
ergo eodem modo exercebit actum substantialem
orationis, si persequatur recitationem externam
ad significandam Deo suam mentem & sua deside-
ria.

Tertio addere possumus, seu ad hoc ipsum applicare argumentum, quod vixit bene P. Coninck loco citato, quia si distractio interna voluntaria obstat substantiæ orationis, & actionis, non minus obstat distractio inuoluntarij, sicut somnus, siue voluntarius, siue inuoluntarius sit, obstat, ne satisfieret præcepto audiendi Sacrum: nam etiam si præcederet voluntas attendendi, postea tamen non attenditur, vel si potest manere substantia orationis non attendendo actum ad Deum, poterit manere eadem substantia licet negatio attentionis sit voluntaria. Supponit ergo, quod distractio interna non tollat substantiam orationis externæ, consequens iam videtur, satisfieri substantialiter præcepto Ecclesiæ, licet quis reciteret assiliter Miltz cum eiusmodi distractione interna: nam ponitur substantia, non rotus actus præceptus. Solum posset obstarè, quod Ecclesia videatur non solum præcipere orationem, sed etiam attentionem: ad quod assertum communiter c. *Dolentes*, de celebrat. Missar. in quo præcipitur, vt officium Diuinum celebretur studiose pariter, & deuotè; quod videtur significare devotionem internam.

Sed P. Suardi ingenue faretur n. 1. & ex illo textu non posse desumi efficacius argumentum contra no-
tam sententiam, quia potest probabiliter explicari,
vel de oratione, quæ fit in choro cantando, vel
de devotione, & attentione externa. Et quid me-
rito P. Suarez illud commune fundamentum reli-
quit, quia potest in primis retorqueri, cum ibi non
attentio, quam devotio præcipiatur; & tamen
certum est, non requiri ex præcepto devotionem
internam, quæ non pertinet ad intellectum, vt ar-
gentio, sed ad voluntatem, quæ fit affectus, & prom-
ta ad bonum. Secundo, quia eisdem verbis vti-
tur concilium Tridentinum 4. cap. 2. circa finem, ubi dici-
tur, quod Canonici compellantur in Choro hymnis; &
anticis Dei nomen reuerenter, distinctè deuoteque
laudare: ubi tamen certum est, sermonem esse de
la reuerentia, & deuotione externa ad quam so-
lum, & non ad internam obtinendam deferuiere po-
runt pœnz, & media quibus debent cõpelli, quã-
do delinquant. Tercio denique, textus ille non lo-
quitur de audiente Missam, sed de recitante, vel can-
tante Officia diuina; ergo ex illo non posset argui
obligatio ad attentionem internam, vt satisfiat
præcepto Missæ.

Alunde ergo ratione argunt, primo, ad proban-
 - illam obligationem; quia negari non potest, *Alia*
 - od Ecclesia possit precipere, & de facto precipiat *prim*
 - ram orationem, non legere illa verba materialiter
 - orando. Potest ergo precipere actus internus;
 - i necessarij sunt ad orandum: nam licet actus inno-
 - secundum se non possit precipere, potest
 - nen illos precipere provt sunt forma, vel requisi-
 - actus externi, qui precipitur.
 - n. 6.

respondetur, Ecclesiam posse precipere quid
requiritur, ut actus externus sit obiectus ho-
tus, & virtuosus: nam lex debet esse de obiecto
externo,

Confirmat^{ur}
quarto.

36.
ad hoc ipsius
applicatur ar-
gumentū fa-
ctum à P.
Conincit

37.
genue facta
r Suar. nob
Te desumi
eae argu-
neum con
nostram
consiam.

nc. Tfd:

38.
unde ergo
o arguēs

on des 40

externo, & visibili bono, non de obiecto indifferenti, qualis esset mera lectio illorum verborum. Præcipit ergo Ecclesia veram orationem, quidquid aliqui falso negauerint; præcipit assistentiam religiosam, seu cultum Dei per oblationem Sacrificij; & per consequens intentionem orandi, assistendi, offerendi; sine qua actus externus non est cultus externus Dei. Ad hoc autem non requiritur, ut vidimus, attentio interior, cum sine illa possit esse oratio, & verus cultus religiosus Dei. Quamuis ergo Ecclesia illam etiam attentionem internam possit præcipere, non deberemus de facto id asserere, cum solum præcipiatur cultus religiosus Dei, orando, vel assistendo Missæ, quod licet non ita perfecte; potest tamen quoad substantiam dari absque attentione interna.

39.
Arguunt
cundo.

Hec argum-
tum minus
probat.

Secundo arguunt, quia oratio est eleuatio mentis in Deum; ergo si præcipitur vera Oratio, præcipitur vera eleuatio mentis in Deum; ergo prohibetur distractio mentis, qua impedit omnino illam eleuationem. Hoc argumentum probat, ut vidimus, non solum distractionem voluntariam, sed etiam involuntariam tollere substantiam orationis; quia non minus per hanc, quam per illam tollitur eleuatio mentis in Deum. Quamuis enim maneat quasi affectiue eleuatio ex vi voluntatis prioris; non tamen manet eleuatio actu, & effectiue; ac per consequens diceretur homo affectiue, non cum effectu orare, quando recitat distractus, etiam sine culpa. Omnes ergo debemus dicere, orationem esse eleuationem mentis in Deum eo modo, quo adoratio est nota summisionis. Sicut enim adoratio interna est nota interna summisionis, & adoratio externa est nota externa summisionis; ad quod non requiritur, quod nunc sit actu explicite submissio interna; possumus enim per genuflexionem præsentem significare summisionem internam, quam habuimus explicite paulo ante, quando nos applicuimus ad totam illam actionem exercendam: sic oratio interna est eleuatio interna actualis; oratio vero externa est signum externum eleuationis internæ, siue præsentis, siue præcedentis, quam volumus significare per illas voces. Et hoc quidem necessarium est, quotiescumque est ve-

ra oratio, & non ficta, qua fingimus non desiderare in corde aliquid à Deo, quod reuera non desideramus.

Dices, impossibile esse, quod aliquis actu ore exteriùs, quin etiam interius de eodem obiecto cogit. Insuper motus ille laborum, & prolatio vocum debet procedere ex aliquo imperio actuali voluntatis: labia enim non possunt se à seipsis mouere voluntas autem imperans illum motum, debet habere aliquem finem; non potest autem habere alium, nisi ut exprimat, & significet per voces orationis vocalis, quod in corde desiderat; ergo quoties oratio vocalis continuatur humano modo, datur attentio interna, vel certe, si cessat talis attentio, prolatio interna, vel certe amplius oratio, quia non procedit ex intentione loquendi, & exprimiendi Deo desideria, sed ex alio fine diuerso.

Respondeo, hoc argumento probari, non sine fundamento dixisse Patre Agidum non. 301. re. 1. p. 1. sa conuenire multos ex aduersariis, & solum de nomine videri dissentium. Exigunt enim attentionem internam, sed solum ad verba, & talem, ut sufficiat, ne aliquis se exponat periculo male, ac perturbare verba pronuntiandi, aut omittendi; quæ certe attentio haberi potest ab eo, qui etiam voluntati cogitaret tunc de questione aliqua metaphysica, vel alia re simili. Fatemur ergo, quoties oratio vocalis continuatur, dari aliqualem attentionem internam: sed hæc est aliquando adeo tenuis, ut merito nolint eam aduersarij aliqui vocare attentionem; quando exigunt attentionem ex obligatione, intelligunt de attentione magis formali, & explicite; quam tamen nos dicimus non posse voluntarie omitti absque culpa veniali propter irreuerentiam, quæ intercedit si Deum alloquaris exteriùs, mente omnino ad alia distractus; non tamen constare de obligatione sub peccato mortali, cum adhuc maneat substantialiter oratio, quod à fortiori procedit in auditione Missæ, in qua minus videtur requiri ad assistentiam humanam.

Et hæc dicta sint satis de Venerabili Eucharistiæ Sacramento ad eius gloriam sempiternam: quæ omnia S. Romanæ Ecclesiæ censuræ iudicioque subiecta sint.

Finis Tractatus de Sacramento Eucharistiæ.

INDEX